

1165: Charter over de Grift door de Nude

landschaplopen.com

2022

Charterboek der Hertogen van Gelderland en Graaven van Zutphen. Volume 1. 1783. Utrecht Bartholome Wild. p. 209 48)

In den jare 1165

In nomine Sanctae & Individuae Trinitatis.

Fredericus, divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus.

Dignitas Imperii Romani hoc exigit, & ad hoc Imperialis honoris culmen regendum a Deo suscepimus, ut necessitates Reipublicae semper prae oculis & manibus habeamus, & in cunctis operibus justitiae ipsa clementia, sine qua Deo placere non possumus, omni tempore Nos comitetur.

Tunc enim honor Imperii recto tramite incedit, & in meliorem statum roboratur, quando & saluti totius Patriae utiliter providetur, & necessitatibus pauperum misericorditer subvenitur.

Eapropter cognoscant unversi fideles Imperii, praesentes & futuri, quod Nos primitus amore Dei, deinde pro petitione fidelium Principum nostrorum, Godefridi videlicet Episcopi Trajectensis, & Florentii Comitis Hollandiae, Heinrici etiam Comitis Gelrensis & Theoderici Comitis de Cleve, & pro fideli servitio aliorum hominum plurimorum de Episcopatu Trajectensi, quibus quotidie in terris & bonis eorum gravis destructio, & intolerabilis vastatio, per aflidas aquarum inundationes, quasi mors quotidiana, imminebat, ipsis hominibus praedictis, sic afflictis, tamque miserabiliter ad nihilum redactis, hanc gratiam indulimus, eisque nostra Imperiali auctoritate benigne concessimus, ut terra illa, quae vulgo Noda dicitur, ad faciendum aquaeductum ab incolis Provinciae, qui tanto dampno & periculo aquarum subjacebant, ita perfodiatur, quod aqua Rheni per eundem meatum effluens in mare, quod ibi vicinum est, sine lacsione in perpetuum flueat, & decurrat.

Quod Nos Imperiali auctoritate nostra confirmamus, &, ut in perpetuum ita permaneat & observetur, praesenti privilegio roboramus.

Quod ut verius credatur, & ab omnibus diligentius observetur, praesentem inde paginam conscribi, & sigilli nostri impressione insigniri jussimus, adhibitis idoneis testibus, quorum nomina sunt : [ca 25 namen]

Acta sunt haec anno Dominicae incarnationis MCLXV indictione XIII Regnante Domno Frederico Romanorum Imperatore victoriosissimo, anno Regni ejus XIII Imperii vero XI feliciter. Amen.

Heilige en onverdeelde drie-eenheid.

Frederick, altijd Augustus, keizer van de Romeinen in goddelijke genade.

De waardigheid van het Romeinse Rijk vereist, en hiervoor hebben wij de hoogste regering in naam van de Keizer door God op ons genomen, dat we altijd de behoeften van algemeen belang voor ogen en handen hebben, en de genade zelf in alle werken van gerechtigheid, zonder welke we God niet kunnen behagen, altijd door Ons wordt toegepast.

Immers dan groeit de eer van het Rijk in rechte lijn, en wordt het tot een betere toestand ondersteund, als wordt voorzien in de gezondheid van het hele land en ruimhartig met de behoeften van de armen wordt omgegaan.

Daarom weten alle getrouwen van het rijk, nu en in de toekomst, dat Wij eerst uit liefde voor God, vervolgens op verzoek van onze trouwe Prins, van Bisschop Godfried van Utrecht, en graaf Floris van Holland, graaf Hendrik van Gelre en Graaf Theo van Kleef en vanwege de trouwe dienst van vele andere mensen uit het Bisdom van Utrecht, in wiens landen en goederen dagelijks een ernstige vernietiging en ondraaglijke verwoesting dreigt vanwege constante overstromingen, bijna dagelijks de dood, voor hen die hierboven zijn genoemd, zo jammerlijk teruggebracht tot niets, deze gunst verlenen, en met ons Keizerlijk gezag goedkeuring verlenen, opdat dat land, dat door het volk Noda wordt genoemd, een kanaal maakt bij de inwoners van de provincie, die onderhevig waren aan zoveel schade en gevaren van water, en zo gegraven, dat de rivier de Rhijn daardoorheen uitmondend in de zee, die daar dichtbij is, zonder probleem eeuwig stroomt en afstroomt.

Dat bevestigen Wij met onze keizerlijke autoriteit, en opdat het eeuwig blijft en gezien wordt, ondersteunen we dit gepresenteerde voorrecht.

Dat opdat het echt wordt geloofd en door allen serieus wordt genomen, markeren we het gepresenteerde en de beschreven bladzijde, met de afdruk van ons zegel, in bijzijn van geschikte getuigen, wiens namen zijn: [ca 25 namen].

Dit is opgesteld in het jaar des Heren 1165 tijdens de 13de zitting door Heer Frederico Keizer van Rome, in het 13de jaar van zijn regering waarvan 11 met succes.

Amen.